

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum si fœmina peccasset viro non peccante, traduceretur peccatum
originale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. LXXXI.

origine peccatum; per hoc non excluditur quis spectare possit tanquam probabile propter authoritates sanctorum. In principio namque prime partis diffinxit author, quomodo multipliciter aliqua spectent ad sacram theologiam: propter quod oportet sibi te habere hominem in re hac, sicut & de actuali more eorum, s. de quibus loquitur Apostolus primo ad Thessalonici quartu & diabolicas amulaciones, detractiones, rixalique tam sub zelis, quam sub pietatis umbra, euitare, ac spiritu fidei obtemperare non posse iurando firmando hoc, uel illud.

a. dif. 11. q. 1.
art. 2. ad 3. &
di. 2. q. 1. art.
1. ad 4. & 3.
dif. 2. q. 1. art.
2. q. 2. ad 2.
& mil. q. 4.
ar. 7.

¶ In responsive ad secundum in codem articulo scito, quod peccatum originale in baptizato dicitur remanere actu, & transire reatu: quia & uere actu remanet priuatum iustitia originalis. Sumus enim adhuc illa priuati: quoniam quantum habeamus gratiam gratum factem coniungente supremum hominis Deo, non tamen habemus eam secundum hunc effectum, qui est iustitia originalis in statu isto. Grata enim, ut in prima parte dictum fuit, est radix originalis iustitiae, que olim cum suo fructu perdita, per baptismum reparatur secundum se, tantum fructum factura iustitiae originalis post resurrectionem. Et uere transire reatu, qui non remaneat in baptizato priuatio originalis iustitiae sub ratione culpa. non enim amplius est imputatur ad culpan, nec referatur punienda. Et sic brevibus hic colligere poteris, quomodo originale peccatum in baptizato actu remaneat, reatu uero transeat, & alia multa necessaria pro declaratione corrum, que sanctus Doctor dicit in litera.

E. 19. & 20.
tom. 3.
Ar. 1. & 3. hu
ius quælt.

¶ Super questionis 81. articulum quartum.

I N articulo quarto eiusdem octauagesima primæ questionis in responsive ad secundum dubium occurrit: quia author in secundo sent, & hic in articulo quartu, tenet animam infici ex carne, que est pars ge-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum si aliquis ex humana carne formaretur miraculose, contraheret originale peccatum.

A D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod si aliquis formaretur ex carne humana miraculose, contraheret originale peccatum. Dicit enim quedam glossa Gen. 3. q. in lumbis Adæ fuit rotunda posteritas corrupta, quia non est separata prius in loco uirga, sed postea in loco exilio: sed si aliquis homo sic formaretur, sicut dictum est, caro cuius separaretur in loco exilio. ergo contraheret originale peccatum.

¶ 1 Præt. Peccatum originale causatur in nobis in quantum anima inficitur ex carne: sed caro tota hominis est infecta. ergo ex quacumque parte carnis homo formaretur, anima eius inficeretur infectione originis peccati.

¶ 2 Præt. Peccatum originale a primo parente peruenit in omnes, in quantum omnes in eo peccant, fuerunt: sed illi qui ex carne humana formarentur, in Adam fuissent. ergo peccatum originale contraherent.

SED CONTRA est, quia non fuisse in Adam secundum seminalem rationem, quod solum causat traductionem peccati originalis, ut Augustinus dicit 10. super Gen. ad literam.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod sicut iam * dictum est, Peccatum originale a primo parente traducitur in posteros, in quantum mouentur ab ipso per generationem, sicut membra mouentur ab anima ad peccatum actuali. Non autem est motio ad generationem, nisi per uitatem actualiam in generatione: unde illi soli peccatum originale contrahunt, qui ab Adam descendunt per uitatem actualiam in generatione originaliter ab Adam deriuatam, quod est secundum seminalem rationem ab eo descendere. nam ratio seminalis nihil aliud est, quam uis actiua in generatione. Si autem aliquis formaretur uitute diuina ex carne humana, manifestum est, quod uis actiua non deriuatur ab Adam, unde non contraheret peccatum originale: sicut nec actus manus pertinet ad pec-

F ati, quam constat non esse principium actualium in generatione, nunc uero dicit, quod caro non inficit, nisi in quantum principium actualium in generatione, non enim stat hoc simul.

¶ Ad hoc dicitur, quod carnis nomine, quatuor acciperimus, corpus, ex quo deciderunt plenarium virtutem, etiam in spiritu profectum, pars prolis in generatione ad animalia carnem, ut patet, usq. gradu ordine ascendendo, caro pertinet generis, iudiciorum, medicinae proprieta, dum conseruatur, aduenient, Caro in unione, sub actione corporis generationis, non inficit dictum, ut materia corporis forma principio in conditione naturae, tamenter & permanenter, quod de inficit, ut non convenienter attingere, & contumaciter, licet in te, paternum, pus inquantum cuncte lemiges generant, ita ut patet, quod in matrem est, quia non inficit, hoc dico, ut propter dictum nem ut patet, nisi primum est principium, quia si caro in matre non inficit, habebet, ut stat latice principio actu, & uerificatur etiam lud comparationis magis in praemittulo, postmodum quartum. Magis que inficit, quam caro in matre, quia propria, & quam caro feuerans, quam caro si diminuta inficit, dictum est, concordando.

ARTICVLVS V.

Vtrum si Adam non peccasset, Eua peccante, filii originale peccatum contraherent.

A D QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod si Adam non peccasset, Eua peccante, filii originale peccatum contraherent. Peccatum enim originale a parentibus contrahimus, in quantum in eis fuimus, secundum illud Apostoli Romas. In quo omnes peccauerunt: sed sicut homo preexistit in patre suo, ita in matre. ergo expectato matris homo peccatum originale contraheret, sicut & ex peccato patris,

¶ 2 Præt. Si Eua peccasset, Adam non peccante, filii passibiles, & mortali nascerentur. Mater enim dat materiam in generatione, ut dicit Philosphorus in secundo de generatione animalium. mors autem, & omnis passibilitas, prouenit ex necessitate materie: sed passibilis, & necessitas moriendo sunt poena peccati originalis. ergo si Eua peccasset, Adam non peccante, filii contraherent originale peccatum.

¶ 3 Præt. * Damasee dicit in li. 3, quod Spiritus sanctus præuenit in virginem, de qua Christus erat absque peccato originali nascitus, purgas eam, sed illa purgatio non fuisset necessaria, si infecio originalis peccati non contraheretur ex matre. ergo infecio originalis peccati ex matre trahitur; & sic Eua

* Super questionis duodecimam, secundum genitum.

I N articulo quarto eiusdem octauagesima primæ in respondere ad dubium occurrit: adiuuere amorem, comprehendere operem, quam fieri fuerat in fecundum, dicitur ne 30.

peccante, eius filii peccatum originale contrahent, A etiam si Adam non peccasset.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. Magis autem fuisset dicendum, quod p̄ duos intrasset, cum ambo peccauerint, uel potius per mulierem, quę primo peccauit, si femina peccatum originale in prolem transmitteret. non ergo peccatum originale deriuatur in filios a matre, sed a patre.

RESPONDEO. Dicendum, quod huius dubitationis solutio ex p̄missis patet. Dicatum est n. * supra, quod peccatum originale a primo parente traducitur, in quantum ipse mouet generationē natorum. unde dicitur, quod si materialiter tantum aliquis ex carne humana generaretur, originale peccatum non contraheret. Manifestum est at secundum doctrinam philosophorum, quod principium actualium in generatione est a patre, materiam autem mater ministrat. unde peccatum originale non contrahitur a matre, sed a patre. & secundum hoc, si Adam non peccasset, Eua peccasset, filii originale peccatum non contraherent; econuerunt autem eum, si Adam peccasset, & Eua non.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in patre p̄cessit filius sicut in principio actio: sed in matre si cuprīciō materiali, & passiō, vñ nō ē simili rō.

AD SECUNDUM dicendum, quod quibusdam uidetur, quod Eua peccante, si Adam non peccasset, filii essent imunes a culpa: patenter tñ necessitatē moriendo, & alias passibilitates prouidentes ex necessitate materia, quam mater ministrat, non sub ratione poena, sed sicut quoddam naturales de fectus. Sed hoc nō uidetur cōueniēs. Immortalitas enim, & impossibilitas primi status non erat ex conditione materiae, ut in primo dicitur est, sed ex origine iustitiae, per quam corpus subdebat anima, quando in anima est subiecta Deo, defectus autem originis iustitiae est peccatum originale. Si igitur Adam non peccante peccatum originale non transfundetur in posteros propter peccatum Euae, mensuram d est quod in filiis non esset defectus originis iustitiae, unde non esset in eis passibilitas, uel necessitas moriendo.

AD TERTIUM dicendum, quod illa purgatio p̄veniens in beata Virgine, non requirebatur ad auferendum transfusionem originale peccati: sed quia oportebat ut Mater Dei maxima puritate nitire. Non enim est aliquid digne receptaculum Dei nisi sit mundum, secundum illud Psal. 93. Domum tuam, Domine, decet sanctitudo.

*Super quæst. octauaginta secunda ar-
ticolū primū*

I Titulo primi articuli questionis oītūgeſimēſecundū
dēfinitiū habitus proprii, & non foliū ut diſtinguitur
contraū, ut patet ex corpore, ubi
diſtinguitur habitus proprie ſumptu, de
quo ſuperius dicisti fuī. & eit quæſtio
ſingulare.

¶ In corpore articuli dabis primo eit, an inordinatio diſpositionis, qua in litera d, sit inordinatio priuatiue, an contrarie. Si enim

ARTICVLVS PRIMVS.
Vtrum originale peccatum sit habitus.

A D PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod originale peccatum non sit habitus.

Originale enim peccatum est carientia originalis iustitiae, ut* Anfelmus dicit in libro de Conceputu uirginali, & sic originale peccatum est quædam priuatio: fed priuatio opponitur habitui, ergo originale peccatum non est habitus.

B ¶ 2 Præt. Actuale peccatum habet plus de ratione culpæ, quam originale, in quantum haber plus de ratione iustitiae: sed habitus actus peccati non habet rationem culpæ, alioquin sequeretur, quod hō dormiens, culpabiliter peccaret, ergo nullus habitus originalis habet rationem culpæ.

¶ 3 Præt. In malis, actus semper praedicit habitum. Nullus enim habitus malus est infusus, sed acquisitus: sed originale peccatum non est habitus.

C SED CONTRA est, quod * Augustinus dicit in libro de Baptismo puerorum, quod secundum peccatum originale parvuli sunt concupiscentes, et si non sint actu concupiscentes, sed habilitas dicitur secundum aliquem habitum. ergo peccatum originale est habitus.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut * supra dictum est, duplex est habitus. Vnus quidem quo inclinatur

D potentia ad agendum, sicut scientia, & uirtutes dicuntur habitus, & hoc modo peccatum originale non est habitus. Alio modo dicitur habitus dispositio alicuius naturæ ex multis compositæ, secundum quam bene se habet, uel male ad aliquid, & præcipue cum talis dispositio fuerit quasi in natura uerba, ut patet de aegritudine & sanitate, & hoc modo de peccatum originale est habitus.

E Et enīm quædam inordinata dispositio proueniens ex dissolutione illius harmoniæ, in qua consistebat ratio originalis iustitiae, sicut etiam aegritudo corporalis est quædam inordinata dispositio corporis, secundum quam soluitur equalitas, in qua consistit rō sanitatis, unde peccatum originale languor naturæ dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut aegritudo corporalis habet aliquid de priuatione in quantum tollitur æqualitas sanitatis, & aliquid habet positio, scilicet ipsos humores inordinate di-

Prima Secunda S. Tho.

priuatione sumit inordinata dispositio, id est dispositio priuata tali ordine, sequitur quod non sit habitus, sed priuatio 1. di. 5. q. 1. peccatum originale, ar. 1. & 2. in tali inordinatione 7. q. 1. ar. 1. confitens. si uero su 10. q. 1. ar. 2. mitur contrarie, o 12. q. 1. ar. 2. portret assignare, qd 14. q. 1. ar. 1. fit illud positivum 16. q. 1. ar. 2. fundans hanc contra 24. ca. 2. & 3. & rietatem.

¶ Dubium secundum est, quomodo peccatum originale sit uere habitus, loquendo de habitu in ordine ad natum, quia nulla est in nobis ex peccato originali qualitas superaddita sive in esentia, sive in potentia animi, ubi ponitur originale peccatum: confat enim habitum esse speciem qualitatis.

¶ Dubium tertium est quomodo peccatum originale est lauor nature. Aut enim hoc dicitur de natura nostra abfoluta Habet ex te, aut donata iustitia originali. Non tempore, absolute: quia natura 10. & ex li. 6. contra Iu lianum c. 7.

Etabit inbecillitatem, fed eti ipsi relata quod ad animam, & quod ad corpus: & sicut tendentia q. 50. ar. 1. elementorum pro pria non est languor nature abso- lute nec tendentia partium anime in propria: Nec de donata iustitia ori- ginali, quia cum na- turâ nostra non dif- ferat a seipsa dona- ta iustitia originali, nisi priuatione illius uoluntate Adæ, non apparet in quo con- fitat iste languor.

¶ Dubium quartum est in responsive ad primum, quomodo peccatum originale est habitus, corruptus. Nam habitus corruptus non est habitus, sicut nec albedo corrupta est albedo. Si igitur peccatum originale est habitus corruptus, falso dictum est in corpore, quod est habitus. Iy, enim corruptus, est conditio diminuens.

¶ Ad primum horum dicitur, quod inordinatio sumitur contrarie. Est enim in nobis considerare par- tes

Z 3 tes